



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

76 Episcopi possunt prohibere, corrigere, statuere, & providere omnis,  
quae ad avaritiam, & ad irreverentiem spectant in missis celebrandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

capellas sub eisdem invocationibus erigere, vel cum omnibus eorum emolumenis, & oneribus transferre, & pari modo parochialibus jurispatronatus providere, quæ, si nimia egestate laborent, ad matrices, seu viciniores ecclesiæ transferre debent, & Ecclesiæ dirutas in profanos usus non sordidos, erecta tamen cruce, convertere possunt, concil. Trident. cap. 7: de reform. sess. 21: & congreg. conc. super eod. c. 7: sub tit. Marsican. onus enim missarum in matricem ecclesiæ est transferendum, ut ibid. sub titulo Tudertin. quæ facultas competit etiam vicario generali, dummodo ad hoc habeat specialem facultatem, ut super eodem cap. in ver. transferantur, fuit decisum.

74 Decimotertiò commendata † monasteria, etiam Abbatiae, Prioratus, & Præposituræ nuncupatæ, in quibus non vigeat regularis observantia, necnon beneficia, tam curata, quam non curata, secularia, & regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Episcopis, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis, annis singulis visitari possunt, & congruis remedij, etiam per fructuum sequestrationem, quæ renovatione, aut restaurazione indigent, ut reficiantur, & restaurantur, & quod cura animarum, si qua illis, vel eorum annexis imminet, & alia debita obsequia exerceantur, curare debent. Et quibus viget regularis observantia, prævia monitione superioribus facta, si intra sex menses eos non visitaverint, vel correxerint, tuac ijdem Episcopi, etiam, ut Sedis Apostolicæ delegati, eosdem visitare, & corriger possunt, protut ipsis superioribus regulares possent, quibuscumque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitus remotis, & non ob-

stan. ut in cap. 8. de reform. ead. sess. 21. cap. 7. de reform. sess. 8. cap. 26. de regul. & monial. sess. 25. & cap. decernimus, 10. quest. 1. & eamdem etiam in ecclesijs secularibus, quæ nullius diœcesis esse dicuntur, viciniores Episcopi habent auctoritatem, c. 9. de reform. sess. 24. & hoc casu Episcopus vicinior habens ex d. c. facultatem ecclesiæ parochialeæ nullius diœcesis visitandi, habet etiam facultatem emendandi, corrigiendi, & puniendi, tam capita, quam membra ex quavis causa, ut in decisi. sacr. congreg. super eod. cap. 9. sub tit. Sarasinaten, Marsican.

75 Decimoquarto orationa, † quæ ad avaritiam, & ad irreverentiam pertinent in missis celebrandis cum cantu lascivo, aut in quo aliquid impurum misceatur, omnes actiones seculares, vana, atque profana colloquia, deambulationes, strepitus, & clamores, qui in ecclesijs fiunt, ut domus Dei vere domus orationis esse videatur, ac dici possit, & ne superstitioni aliquis locus detur, neve sacerdotes alijs, quam debitum horis, celebrent, ac ne ritus altos, aut alias ceremonias, & preces in missarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Ecclesia probata, ac frequenti, & laudabili usu receptæ fuerunt, neve in privatis dominibus, aut extra ecclesiæ celebretur, Episcopi, ut Sedis Apostolicæ delegati, prohibere, corriger, statuere, atque ad ea censuris ecclesiasticis, alijsque penitentibus, quibuscumque non obstantibus, inviolate servanda fideli populum compellere debent, ut in decr. de obser. & evit. in celebrat. sess. 22. c. sicut non alijs cum seq. cap. hic ergo, c. nullus presbyter, & c. clericos, de consecr. dist. 1. & cap. manus, 1. qu. 1.

76 Decimoquinto cum † ex notiorum imperi-

imperitia plurima damna, & multarum oceſioſitum oriatur, Episcopi, tanquam Sediſ Apostolicæ delegati, quoſcunq; notarios, etiam ſi Apostolica, imperiali, aut regia auctoritate creti fuerint, examinatione adhibita, poterunt eorum ſcientia ſcrutari, illisque non idoneis reperti, aut quandoconque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & cauſis ecclesiasticis, ac ſpiritualibus, exercendi uſum perperuō, aut ad tempus prohibere poſſunt, appellatione remota; Concil. Trident. de reform. ſeff. 22. cap. 10.

77 Decimolecto in omnibus † iis, quæ ad viſitationem, & morum correctionem ſubditorum fuorum ſpectant, Episcopi, tanquam Sediſ Apostolicæ delegati, ha- bent facultatem, & jurisdictionem ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi juxta canonum ſanctiones, quæ illis ex prudeatia ſua, pro ſubditorum emendatione, ac diœcēſis ſuæ utilitate, neceſſaria videbuntur; In hiſ autem, ubi de viſitatione, aut morum correctione agitur, omni, & quacunq; appellatione, ſeu querela, etiam ad ſedem Apostolica interpoſita, remota, quæ exequitionem ullo modo impediſt, aut ſuspendere poſſit, concil. Trident. in cap. 10. de reform. ſeff. 24. dummodo Episcopi procedat ſine proceſſu, & fine ſcriptis, etiam carcerando, & carceratoſ detinendo, quo caſu, ſi carcerati ap- pellent, poſteſt iudex appellationis cognoscere de praetento excessu in corrigendo, ſed interim non impeditur, aut ſuspenditur executio eorum, quæ ab Ordinario ſunt decretata, ut c. t. de refor. ſeff. 22. & con- greg. conc. ſuper cap. 10. ſeff. 24. ſub tit. Nicotten. in ver. quando agitur: ſed, ſi Episcopus, formato proceſſu, & ſervatis

ſervandis, procedat, non habet locum di- ctem cap. 1. nec cap. 10. ſed à ſententia diffinitiva tantum admittitur appellatio, quæ ſuspendit iudicatum, ut per eand. ſacr. congreg. ſuper eod. c. 1. decis. ſub titul. Sar- nen. ut etiam ſuspenditur ſententia lata ſu- per privatione beaeficii, & ſuſpensione à diuinis per annum, ut ibi ſub tit. Andrien.

78 Decimoſeptimō contra † Protonotarios Apostolicos, Comites palatinos, ca- pellanos regios, & alios privilegiatos Epi- ſcopi, etiam, tanquam Sediſ Apost. dele- gati, procedunt, exceptis tamen iis, q̄i ho- ſpitalibus, monaſteriis, & militiis privile- giatis aetu ſerviunt, & intra eorum ſepta, & domos resident, ſubque eorum obedientia vivunt, ſive iis, qui legitime, & ſecun- dum regulam earundem militiarum pro- feſſionem fecerint, de quo Ordinario con- ſtare debet, non obſtantibus privilegiis etiam S. Joannis Hierofoly nitani, & alia- rum militiarum, ac Eugenianæ conſtitu- tionis favore reſidentium in curia Roma- na editæ, quoad eos, qui beneficia ecclieſi- aſtica obtinent, qui ratione earundem Ordinarii locorum ſunt ſubjecti, concil. Trident. cap. 11. de reform. ead. ſeff. 24. cap. 3. ſeff. 6. cap. 4. ſeff. 14. & cap. 14. de reform: ſeff. 25: cap: cūm capella de priv. l: cap: di- na, in extrayag. com: eod: tit.

Decimoctavo ad tollendas † pravas conſuetudines, & abuſus, qui electioni- bus, præſentationibus, nominationibus, institutionibus, collationibus, & poſſeſſio- num beneficiorum traditione, pro quibus pecuniae ſolvebantur, non ſine ſimoniaz incurſu, cap: de regularibus, cap. nobis, & tot: tit: ext: de ſim. Episcopi, tan- quam Sediſ Apostolicæ delegati, de ſu- biectione, & obreptione eorum dē ſtatuto-

C. C. rum,

